



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XL. Rudolph, Herzog von Sachsen überläßt dem Kaland der Heide zu Spandow das Patronat über den St. Jürgen-Altar bei Spandow, am 31. MAi 1322.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XL. Rudolph, Herzog von Sachsen überläßt dem Kaland der Heide zu Spandow das Patronat über den St. Jürgen-Altar bei Spandow, am 31. Mai 1322.

In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, expedit ea sub lingua testium ac scripturarum memorie perhennari. Nos igitur Rudolfus, dei gracia Dux Saxonie, Angarie, Westfalie, Comes in Bren, nec non Burgravius in Magdeburg, recognoscimus tenore prefencium publice protestantes, quod successione Aneghuel in teutonico nuncupatam bonorum infra scriptorum per Albertum dominum Gruelhut nomine suo et nomine fratris sui Buffonis nobis manualiter et prefencialiter resignatam, videlicet in villa Wustermarke III mansos soluentes VIII frusta reddituum in vniuerso et in molendino Nyerburch tria frusta reddituum. Omnia bona supradicta spectant ad altare sancti Georgii, situm apud infirmos extra muros Zpandow, omnem quoque successione bonorum eorundem, que nobis et nostris veris heredibus in posterum contingere posset, donauimus et presentibus damus honestis viris et discretis fratribus kalendarum de merica Zpandow, qui nunc sunt et pro tempore futuro kandas easdem subintrabunt, pure propter deum, ita ut quam primum dictum altare sancti Georgii vacauerit, extunc dicti fratres kalendarum predictum altare sine omni contradicione et semoto omni impedimento vni probo viro conferre debebunt, nec eadem collacio redibit vquam ad vsus nostros, nostrorum verorum heredum seu ad vsus humanos, sed manebit perpetue apud fratres eosdem: nam quod semel deo dedicatum est, amplius ad vsus humanos redire non debet. In huius rei testimonium prefens scriptum conscribi fecimus ac illud sigilli nostri munimine duximus roborandum, adhibitis hiis testibus reuerendo Domino Nycolao Bernowiensi preposito, Domino preposito Thidemanno in Broten, Domino hinrico et Domino Alberto dictis de Aluensleue, Domino Hinrico dicto de rochowe, Domino Hermanno de Nybede, Domino Alberto de bröcyk, Henningo et Nycolao dictis de groben, Ottoni de Vorlant, heynrico bakoni, koppekino velkener, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum et actum in castro Zpandow, anno domini M^o. CCC^o. XXII, feria secunda in festo pentecostes.

Kiöden's Waldemar II, S. 522 u. 523.

XLI. Herzog Rudolph von Sachsen verzeignet dem Kloster Spandow zu einem in der Pfarrkirche daselbst neu errichteten Altare vier Stücke jährlicher Hebung aus Willmersdorf, am 6. Dezember 1323.

In nomine domini amen. Rudolfus, dei gracia Dux Saxonie etc. notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ob omnipotentis dei reuerentiam ac eius matris marie virginis gloriose in nostrorum peccatorum remediüm Claustro sanctimonialium in Spandowe ad altare novum in parrochiali Ecclesia in ciuitate Spandowe nouiter constructum proprietatem quatuor frustorum in villa Wilmestorp sitorum dedimus et sollempni in presentibus donatione damus siue donamus, pacifice et quiete perpetuo possidendam. Ut autem hec nostra donatio stabilis permaneat et a nostris successoribus non infringatur et de ea nulli aliquod oriatur dubium, presentes litteras